1591.
246
210)

S. Quod proprime pollicitus jam Vir Excellen-
tissime jam repræsento. Mitto exempla commē-
tariolj nostri in fragmenta fabulæ ambiguæ q
his ipsis diebus Venetijs accepi. Si otium legendi
erit peto judicium et censuram, amicè, liberè.
Nec enim in hoc genere amicum q̄dq̄m quod
non liberum; Et ut cordati Patres q. liberorū
peccata corrigunt, eos procul dubio inimicè
amant, pro moribus alijs q̄ ad ōia connivent,
sic etiam amicorum animos et libertatis con-
scientia, non et plausus judico. Ab Albino
sententiam de Lariano fragmento expecto,
si adhuc cessat, q̄so ne monere grave sit.
Communicabis etiam si q̄d et aliis de hoc
argumento intellexeris. Vale Vir Clarissime
et me tui amantem redama. Augustæ
Vindelicorum VI. Kal. Martias Anno MD XCI.

Tuæ Excellentiæ
Studiosissimus
Marcus Welserus

(inscr.) Viro Excellentissimo Joach:
Camerario Medicinæ Doctori
Dño et Amico observantissimo
Norimbergam

adv. 21 novemb. 1591.
Hanl Hermann.